Poſt perfectam venditionem omne commodum & incommodum, quod rei venditæ contingit, ad emtorem pertinet. *L. 1. C. h.*

Tit. 7.

De Servis exportandis: vel ſi ita mancipium venierit, ut manumittatur vel contra.

Servorum venditioni adjiciebantur non rarò apud Romanos *Pacta, quæ erant* vel
- *Licita*: ut de ſervo exportando. *l. 1. ff. h.* vel manumittendo. *l. 3. ff. eod.*
- *Illicita*: ut de mancipio proſtituendo aut crudeliter ſine cauſa tractando. *a. l. 6. L. 7. ff. h.*

Beneficio affici hominem intereſt hominis. *L. 7. ff. h.*

LIB. XIX. PAND. *TIT. I.*

De Actionibus Emti & Venditi.

Hic Titulus tractat de Actione
- *Emti, quæ*
  - *Eſt*, Actio Civilis. *l. 33. ff. d. ædil. edict.* perſonalis, rei perſecutoria, b. f. competens emtori adverſus venditorem ad rem venditam cum acceſſionibus tradendam. *l. 13. §. f. l. 14. ff. h.* atq; id, quod ex natura contractus vel pacto legitimè adjecto debetur, præſtandum. *l. 6. §. 1. ff. h.*
  - *Dividitur in Directam*, quæ omnibus requiſitis concurrentibus, *& Utilem*, quæ uno vel pluribus requiſitis deficientibus locum habet: ſic Domino conceditur utilis hæc actio quando per procuratorem emit. *l. 13. §. 25. ff. h.*
  - *Requirit ut*
    - *Naſcatur Emtionem* venditionem *conſenſu* in rem certam & pretium certum *perfectam. §. 1. I. d. emt. vend.*
    - *Cum Effectu in Judicium deducatur vel*
      - *Pretium eſſe ſolutum*, vel alium ſatisfaciendi modum adhibitum. *§. 41. I. d. R. D.*
      - *Fidem de Pretio eſſe habitam*, dum venditor nuda emtoris promiſſione contentus fuit, *aliàs*
        - *Emtori obſtat Exceptio* perpetua *pretii non ſoluti. l. 13. §. 8. ff. h.* &c, quamvis res vendita emtori ſimpliciter tradita ſit, traditio tamen iſta dominium non transfert, nam ſub tacita conditione, ſi pretium fuerit ſolutum, facta eſſe creditur. *L. 19. ff. d. contrah. emt.*
        - *Venditori competit* rei traditæ *Vindicatio. l. 5. §. 18. ff. d. tribut. act.*
  - *Datur*
    - *Directa* Emtori ejusque hæredibus contra venditorem ejusque hæredes. *l. 52. §. 1. ff. h.*
    - *Utilis* Domino ex contractu Procuratoris qui emit, nec non adverſus Dominum ex contractu Procuratoris ejus qui vendidit. *l. 13. §. 25. ff. h.*
    - Neutra, ſ. Directa ſive Utilis, adverſus tertium poſſeſſorem. *a. l. 15. C. d. R. V. j. l. 25. ff. d. O. & A.*
  - *Tendit ad*
    - *Traditionem*
      - *Rei, quæ eſſe debet*
        - *1. Præciſè talis. §. 2. I. d. donat. j. l. 35. § f. C. eod. l. 6. C. d. reſc. vend.* Richt. *dec. 97. ubi præj. n. 7. niſi*
          - *Emtor malit ad intereſſe præſtandum agere*, fortè eò quod rem poſt moram accipere non expedit. *a. l. 10. C. h.* Hoc intereſſe damnum emergens certumque lucrum ceſſans complectitur. *a. l. 13. ff. rem rat. hab. j. l. 21. §. 3. ff. h.*
          - *Venditor ſua culpa tradendi facultatem amiſerit.* e. g. re jam alii tradita. *Leg. 15. C. d. R. V.* vel poſt moram extincta. *a. l. 4. C. h.*
        - *2. Poſſeſſionis Vacuæ Secundum quid, ſcilicet à Civili Poſſeſſore* ad eum effectum *ut transeat Dominium* vel uſucapiendi conditio. *a. l. 3. l. 11. §. 13. ff. h. l. 8. C. h.* at poſſeſſionis vacuæ *Simpliciter*, nempè ſimul à naturali poſſeſſore, *ut contractui ſatisfactũ eſſe cenſeatur. l. 2. §. 1. ff. eod. Jure Sax. El. non tranſit Rei Immobilis Dominiũ, niſi Venditor* conſummaverit *Reſignationem dominii* in manus *Magiſtratus*, ratione rei ſitæ competentis (die Aufflaſſung der Lehn) is *autem de novo Inveſtituram* (die Lehns-Reichung) *emtoris perfecerit. Dec. El. 61. Jure Saxonico Communi* hanc traditionis judicialis neceſſitatem ad cenſitica & emphyteutica prædia reſtringi videas à Schilt. *ad π. Ex. 30. §. 23. fac.* LR. *l. 2. a. 24.*
        - *3. Ratione qualitatis. v. pag. ſeq.*
      - *Fructuum. v. p. ſeq.*
    - *Præſtationem. v. p. ſeq.*
- *Venditi. v. pag. 267.*